

gentium intraret. Rom. II, 25. Cum ergo secundum hoc vaticinium Apostoli, futura adhuc sit ante finem mundi luculenta populi Judaici ad Christum conversio, utique ipsis non modo non insultandum, &c. (29.) D. Georg. **Weinreich** Professor und Superint. zu Leipzig. His verbis Apostolus mysterium ipsum aperit, quod videlicet divinitus ita constitutum sit, ut ante finem mundi Judaica gens ubertim ad Messiam convertatur, & Evangelii doctrinam, quam nunc impensè odit, magno desiderio amplectatur. Etsi autem alii aliter mysterii hujus sensum interpretentur, & vaticinium hoc ita accipiant, ut existiment non futuram insignem aliquam magnæ multitudinis Judaicæ conversionem, sed subinde usque ad mundi finem aliquos duntaxat ex Judæis conversum iri; Calvinus etiam particulam *donec* pro particula *ut* accipiat, & inde eliciat, nullam omninò Judæorum conversionem expectandam esse: tamen neutra sententia Apostoli proposito quadrare videtur. Nam prior de particulari quorundam duntaxat conversione, mysterii rationi repugnat, cum Pauli tempore
partia-